



Hassius inter auditores fuerit connumeratus, idq; testimonij causa. In hoc uitæ generere perseverauit ad bellum Smalkaldicum usq;, & Cæsari erat deditissimus. Cum itaq; navius Cancellarius Cæsaris 1547 esset mortuus, atq; Seldus substitutus erat, huic ob negotiorum multitudinem Hassius fuit additus, erat enim is rerum Germanicarum peritissimus.

**H**Einricus honesto loco natus & à teneris annis optimè educatus est. Is cum artium & linguarum fundamenta fœliciter iecisset, animum ad iuris studia conuertit, & in ea scientia adeò proficit, ut doctissimis luteconsultis adnumeraretur. Id cum Elector Palatinus cognouisset, eum suū consiliarium elegit. Par ratione & Bipontinus princeps in suum consilium adoptauit, atq; suo nomine res magnas expedire iussit. Erat enim Heinricus magna prudentia & singulari eloquentia præditus. Hinc etiam factum cum 1541 Ratisbonæ in comitijs religionis nomine colloquiū, per certos viros, iusu Cæsaris esset institutum, quod etiā Hassius inter auditores fuerit connumeratus, idq; testimonij causa. In hoc uitæ generere perseverauit ad bellum Smalkaldicum usq;, & Cæsari erat deditissimus.